Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8261
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

uel in alio terre coctiuato et co-
lature addito melle uel zuccaro.
ante horā accessus detur patienti
¶ Suppositoriū ex asa fetida, et
galbano factū vel ex asa fe. sola
et amoniaco in vnctū intinctū plus
in oleo uel melle uel butiro ne
ledat interiora miro modo prouocat
mēstrua et secūdinā educit. ¶
Vngētū factū ex asa fe. amoniaco
cera et oleo splene mollificat et
lactis mamillis coagulatū dissol-
uit ¶ Asafe. forami dentis īmissa
dolorē placat ¶ Gargarismū
factū ex aceto et aq̄ decoctionis
ase fe. et ros. vuā tumidam
factā excitat ¶ Contra paralisi.
podagrā artetitā epilesiam et
omē vitiū hu(mo)ris frigide nature.
asa fe. et petroleū sit ī resoluatur.
ad ignē, et in tali liquore appo(natur)
puluis castorei euforbij sulphure
viui, et addita cera fiat cerotū
et loco patienti supponatur. uel
fiat vngētū et inungatur pati-
ens Si fiat epilesia vitio capi-
tis tunc īungatur circa scaplas
caput et collū Si vitio stōchi
tūc pars ipsa īungatur Si vitio
inferiorū partiū inungantur.
Con alias egritudines īungatur
similiter loca patientia ¶ Nota quod
opiū cinaciū lasar asafetida
idem est etc. De argēto viuo.

Argentū viuū calidū et humi-
dū est in 4°. gradu In quibusdā
libris īuenitur quod frigidū sit
in 4°., ex effectu tamē eius ca-
lidū esse probatur quia dissoluit
incindit et penetrat Sed quia
valde frigidū est accidētaliter
ab aliquibus autoribus frigidū
esse dicitur Quidā dicūt argē-
tū viuū per excoctione de vena
terre fieri quod falsum ē, quia
ex actione ignis facilime in
fumū extenuatur Generatur aūt
in terra tale quale apparet, a terra
enim quasi aqua fluens producitur
et diutissime seruatur In vase
autē solido seruetur et in loco fri-
gido ¶ Virtute habet dissoluendi
penetrādi cōsumēdi mūdificādi
perforandi lamina argētea suppo-
sita cocture, eā preseruat a fetore
farina lupinorū, decoquatur in
aceto fortissimo usque ad spissitu-
dinē et addita ℥ .i. argēti viui
extincti fiat mixtio et caput
parū ex habūdātia pediculorū
īungatur per distāntiā ¶ Extinguitur.
aūt cū fricatur cū saliua et cinere
uel cū capill. veneris et saliua
aut cū puluibus ossis sipie et sa-
liua melius ē, dicitur aūt exting-
ui cū alij rei potest admisceri Nisi
enim sit extinguatur ipsius ad
aliud nō fiet commixtio Nō quod
in re accidētaliter calida nō est
ponēdū argētū viuū, quia exte-
nuatur in fumū, fumus aūt eius
astātibus obest, quia remolliēdo
neruos paralisim operatur ore
acceptū uel auri immissū occidit
dissipando mēbra ¶ Si aūt fuit
ore receptū detur lac caprinū ī
multa quātitate et patiens sit
in motu uel detur vinū decocti-
onis ysopi et absinthij. hec enim
sunt ad salutē remedia ¶ Con
scabiem oleo nucū parū cale-
facto admisce acetū, deinde
litargirū et cerusā pulūisata
si habeas in eadē qualitate
bulliant ad spissitudinē mell.
et refrigeratis hijs impone
argētū viuū et vsui reserua.
¶ Ad pannos faciei post partū
cū axungia galline, argētū